



CÆSARAVGVSTANA

BENEFICII.

PIA mulier Maria, vxor Arnaldi Magistri, sub die 23. Februarij anni 1255. fundavit perpetuum Beneficium in Ecclesia Cathedrali Cæsaraugustana, cuius foundationis tenor talis est.

Omnia vero alia mea bona mobilia & immobilia quæ habeo, dimitto Præposituræ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Sedis in perpetuum, tali modo, vt Præpositus dictæ Ecclesiæ qui pro tempore fuerit, teneat vnum Capellanum, qui quotidie in perpetuum celebret Missam in dicta Ecclesia Sancti Salvatoris, in illo Altari in quo voluerit Prior, & Sacrista dictæ Ecclesiæ, qui Capellanus deserviat Choro ipsius Ecclesiæ in omnibus Horis Nocturnis, & Diurnis; cui Capellano Præpositus eiusdem Præposituræ, qui pro tempore fuerit, det quotidie in perpetuum Portionem in omnibus Canonicalem, sicut vni ex Canonicis ipsius Ecclesiæ Sancti Salvatoris, & decem aureos Alphoninos boni auri, & recti ponderis pro vestuario annuatim in Festo S. Mariæ mensis Septēbris; & statuo, quod post decessum vnus Capellani, infra vnum mensem sit alius Capellanus perpetuus constitutus, & sic fiat in perpetuum de quolibet Capellano, siuè sit de propinquiioribus meis, siuè aliunde; tamen volo, quod Prior, & Sacrista dictæ Sedis habeant potestatem eligendi, & instituendi prædictum Capellanum in perpetuum, iuxta arbitrium, & cognitionem eorum, sed in præsentem ego eligo, & instituo in Capellanum meum D. Petrum de los Corralis, Presbyterum, qui in vita sua percipiat Portionem, & vestuarium, & faciat prædictum seruitium prout superius continetur.

Ex tenore huius foundationis duplex oritur dubitatio. Prima nempe, an Ius Patronatus, seu ius præsentandi ad Beneficium prædictum sit Laicale, vel Ecclesiasticum? Secunda vero, an etiam si esset Ecclesiasticum cadat sub reservatione Re-

gulæ 8. hodie 9. Cancellariæ? Et super duobus articulis pro
veritate consultus cenſeo reſpondendum, vt infra.

Quoad primam dubitationem; licet ius Patronatus funda-
tum ſit à Muliere Laica de bonis proprijs Laicalibus, tamen
quia reſervatum eſt favore Perſonarum Eccleſiaſticarum di-
citur Eccleſiaſticum, & reſervationibus ſubiectum, Rot. poſt
alios *dec. 615. n. 1. part. 1.* cum alijs cumulatis per Addent.
ad Burat. *decif. 769. n. 22.* & ad Pamphil. *decif. 189. nu. 11.*
quinimò, & ſi à principio fundatum eſſet pro Laicis, ſi tamen
ex poſt tranſeat in Eccleſiam, ſeu Perſonas Eccleſiaſticas,
evadit Eccleſiaſticum, iuxta text. *in cap. unic. de iur. Patronat.*
in 6. Abb. in cap. cum te, n. 4. de iur. Patr. Paris. conſ. 35. n.
2. lib. 4. Addent. ad Pamphil. *dec. 189. n. 10.* & Rot. coram
eodem Pamphil. *dec. 242. n. 9.* & ſeqq. & Add. ad Burat. *decif.*
769. n. 23. & coram Seraph. *dec. 1420. per tot.* & ap. Mohedan.
dec. 9. n. 5. & 6. *de iur. Patr.* & coram Merlin. *decif. 87. n. 7.*
& 8. *la 1.* & *in recent. dec. 541. num. 4.* & *dec. 740. nu. 2.*
part. 2. & *dec. 353. n. 2.* & ſeqq. *p. 12.* & *dec. 413. n. 5.* &
ſeqq. p. 18. & *dec. 242. n. 2.* & 4. *p. 19.* & *in Barchinon. Be-*
neficij 28. Iunij 1686. coram clar. mem. Cardinali Mattheo.

Et Rationem adducunt Doctores, & Rota, quòd nempè,
ad effectum vt Ius Patronatus dicatur Eccleſiaſticum, & ca-
dat ſub reſervationibus Apoſtolicis, non inſpicitur origo, ſed
attenditur Perſona præſentare debentis, in qua radicatur ius,
& qualitas iuris Patronatus, & ab ea denominationem, & na-
turam ſortitur, Mohedan. *dec. 91. in fin. de iur. Patr. Creſcēt.*
dec. 9. eod. tit. Rot. coram Puteo *decif. 90. lib. 3.* & coram Mer-
lin. *dec. 87. n. 7.* & ſeqq. cum alijs congeſtis per Add. ad Bu-
rat. *dec. 769. n. 25.* & ad Pamphil. *dec. 189. nu. 10.* & Rot.
coram eod. *dec. 242.* & faciunt tradita *in Barchinonen. Benefi-*
cij 3. Decembris 1685. §. Cum immò admiſſis, coram clar. mem.
Cardinali Mattheo.

Quod autem in caſu noſtro Ius Patronatus ſit relictum Per-
ſonis Eccleſiaſticis, & quidem intuitu Eccleſiæ, non autem
particularium Perſonarum, patet evidenter, ex quo vocati
ſunt ad præſentandum Prior, & Sacriſta Eccleſiæ Cathedra-

lis Cæsaraugustanæ nullo expresso nomine Personarum, sed tantùm Dignitatis, quo casu intuitu ministerij, & Dignitatis relictum, ipsamque Dignitatem contemplatam fuisse dicitur, Rot. in rec. dec. 309. n. 11. p. 6. tantò magis quia Fundatrix nominavit Personas incertas, & futuras sibi omnino incognitas, quæve per obitum continuò variantur, vnde cessat in ea quævis affectio ad Personas, & solum Officium, & Ecclesiam considerasse censetur, Rot. coram Seraph. decis. 1149. sub n. 7. & in rec. dict. decis. 309. n. 14. & seqq. p. 6.

Quoad secundam dubitationem, an Ius Patronatus, de quo agitur, ex voluntate Fundatricis dici valeat exemptum à reservationibus; licèt sit prohibitum Laico fundare Beneficium cum reservatione iuris Patronatus in favorem Ecclesiæ, seu Personarum Ecclesiasticarum, cum conditionibus exclusivis reservationum Apostolicarum, & tunc Ius Patronatus dicitur Ecclesiasticum quoad dominium, & quoad exercitium Laicale, Lotter. de re Benef. lib. 2. q. 10. à n. 4. Rot. apud Vivian. de iur. Patr. lib. 4. cap. 9. sub num. 56. Rota coram Dunoc. iun. dec. 769. n. 3. & coram Roxas dec. 274. n. 5. & quidem non solum expressè, sed etiam tacitè, & virtualitèr per potestatem attributã præsentare debentibus, vt semper, & in perpetuum id peragant, cum exindè quælibet interruptio excludatur, Pacien. de locat. & conduct. cap. 14. §. 6. n. 19. Rot. coram Roxas decis. 274. n. 8. & 9. & coram Dunoc. iun. decis. 769. n. 3. & seqq. & in rec. dec. 327. n. 4. & 5. p. 15.

Attamen voluntas ista Fundatoris eximendi Beneficium à reservationibus, quoties non est expressa, debet esse talibus verbis explicata, vt per necessè reservationes ipsas excludat, & aliter adimpleri non valeat; nec sufficit sola conditio, quod toties quoties vacare contingat Beneficium conferatur in perpetuum per Patronum, quia hæc omnia sunt de natura Beneficij, vt perpetuò per Patronos conferatur, & commodè intelligi potest, quod conferri debeat nullo existente impedimento, ne aliàs de facili reddatur frustratoria dispositio, textus in cap. unic. de iur. Patr. in 6. & Regulæ Cancellariæ, vt benè firmavit, me scribente, & obtinente, Rota in Barchinonen.

*Beneficij 5. Decembris 1685. §. Minùs ad iudicandum, coram
clar. me. Cardinali Mattheo, & in alia simili Barchinon. Bene-
ficij 16. Ianuarij 1686. §. Corruit quoque, in qua recessit ab
alia cōtraria, & seq̄uta fuit decisionem aliam, mox allegatam,
& 12. Iunij eiusdem anni, §. finali, coram eodem Cardinali
Mattheo, vt in particulis quæ dantur, & in his declarantur
decisiones, & doctrinæ contrariæ.*

*Idque faciliùs admittendum videtur in nostro iure Patro-
natus, nam istud fundamentum fuit de anno 1255. & sic
valdè ante quam Regula Mensium reservatoria ederetur, cū
illa coeperit efformari de anno 1447. tempore Nicolai V.
vt habetur in decis. 121. n. 13. & 14. part. 19. recent. Pro-
indè Fundatrix non potuit eiusdem exclusioni prospicere,
nec cēferi debet eidem derogare voluisse, ex vulgata regu-
la, quod derogatio non trahitur ad futura, & totaliter ig-
nota, vt prosequitur Rota in citata Barchinonen. Beneficij
16. Ianuarij 1686. §. penult. coram Cardinali Mattheo.*

Et ita salvo, &c.

*Decisiones allegatæ in Barchinonen. Beneficij, coram
Cardinali Mattheo, suum habuerunt effectum, quia causæ
illæ transierunt in iudicatum, & totali executioni fuerunt
demandatæ, nec vnquam postea S. Rota de hac vltima opi-
nionē dubitavit, ita vt dici possit, quod hodie hoc iure
vivatur.*

*Ioannes Baptista Riccius, in Romana
Curia Advocatus.*